

tunc erant, theologorum impulsu et pseudopoliticōrum in aula curiaque versantium, factum esse, vt apud principes eiusdem aetatis, praesertim autem apud AVGVSTVM Saxoniae electorem, cui isti Musaeum nostrum, tanquam virum tumultuosum seu impetuosum, calumniosum atque rixosum, depinxerant, atque sic iram optimi principis in eum concitauerant, male audiret, et iussu huius principis, ne vel ipsi iram incurrerent et vindictam experirentur AVGVSTI, comites eum ruthenici, vna cum Autumno et aliis, e terris ipsorum exire aegre passi fuerint.

Plus, simplici vice, hanc prodiisse confessionem, et ipsi, et aliunde cognouimus. Prostat enim eadem, paullulum immutato titulo, hac libri inscriptione: *Confessionschrifft, nach welcher biss-hero in den Reussischen Kirchen, vermoeg H. Schrifft A. C. vnd Lutheri Schrifften geleret worden, itzorepetiret, neben einer neuen prae-fation vnd Bericht, in welchem aller verdacht von dieser Confession-schrifft abgelehnnet ist, auch wird angezeigt, in was hohem Werth die Reussischen Kirchen das Christl Concordibuch halten.* Irena 1599. in 4t. Alteram hanc, seu secundam numero, editionem, longo interposito interuallo, tertia tandem excepit, ea nimirum, quae Gerauiae, anno cīcī cī xcīx. recusa, postremum prodiit. Euoluantur ac de his vide-antur b. LOESCHERI Hist. Mot. P. III. p. 3. Vnschuld. Nachrichten l. c. FEVERLINI Bibliotheca Symbol. Euangel. Lutherana, p. 272. WALCHII Bibliotheca theologica selecta T. I. p. 404.

Quod reliquum, denuo monendum adhuc, minus obuiam, et, vel hanc ob causam, in pretio habendam, esse hanc quidem confes-sionem, certe priorem, quam possidemus, editionem; id quod testa-tur Bibliothecae Danielis Salthenii Catalogus, p. 238. numero 1165 et 1166. his additis ibidem verbis: *Diese nunmehr selten gewordene Schrifft, kam zuerst 1567. in 4t. heraus.* Conferantur insuper MILII Bibliotheca Anonym. p. 1085. et BVINEMANNI Catal p. 90. quorum copiam nusquam non habere posse vnumque inque facile credide-rim. Atque haec sunt, quibus quidem confessionis huius rutheno-schoenburgicae historiam nostris his obseruationibus illustrare et publico usui, subitanea hac quidem commentaryone, accommo-dare potuimus.

Verum